

*Nulla re indigere ad existendum, & sibi ad existendum sufficere, plane idem est.*

*Propositio I.*

*Substantia est independens.*

*Demonstratio.*

Substantia nulla re indiget ad existendum (per Definit. 1.) sibi itaque ad existendum sufficit. (per Postul. 2.) Quod sibi ad existendum sufficit ab alio, quia hæc contradictoria sunt, nihil ad existendum accipit. (per Axiom. 2.) Quod ab alio nihil, sive nullam realitatem, ad existendum accipit, id est independens. (per Postul. 1.) Ergo substantia est independens. Q. E. D.

*Propositio. II.*

*Substantia tantum unica esse potest.*

*Demonstratio.*

Substantia est independens. (per præced. Propos.) Quod est independens nullam habet realitatem ab alio (per Postul. 1.) Habet ergo eam a se (per Axiom. 1.) Quod omnem realitatem habet a se unicum tantum esse potest. (per Axiom.

iom.